



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... ab Aduentu usq[ue] ad Pascha ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

D[omi]nica Septuagesim[æ]. Eua[n]. Simile e[st] regnu[m] cælo[r]u[m]
homi. Mat. 20. Homili[æ] q[ua]tuor

urn:nbn:de:hbz:466:1-35308

atq; adiutus salutis æternæ, cuius iam gustum sensit ideo
 que aduersitates omnes, ut in se molestæ fuerant, & pe-
 nẽ intolerabiles, dulcescunt, fiuntq; leuissimæ. Quo exē-
 plo sanctus Laurentius craticulæ impositus, & igni ad-
 motus, sibi uidebatur inter rosas iacere & lilia. Qua ue- *S. Laurei*
 ro fortitudine animiq; constantia tanta tot subiisset Pau-
 lus labores, nisi gratia adiutus, ac subinde confirmatus di-
 uina: Sic nos quoq; oremus dominum ut nobis quoq; gra-
 tiam suam largiatur, quatenus iugum suum nobis dulce
 fiat, & ita hic euangelicam legem teneamus, ut tandem
 uita potiamur æterna. Id adeo ipse præstare digneris, o
 dulcissimè domine Iesu Christe, Amen.

DOMINICA SE-

PTVAGESIMAE EVANGELIUM

Matthæi XX.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis pa-
 rabolam hanc: Simile est regnum cælorum
 homini patrifamilias, q; exiit primo mane cõdu-
 cere operarios in uineam suã. Conuentione autẽ
 facta cū operarijs ex denario diurno, misit eos
 in uineam suam. Et egressus circa horam tertiã,
 uidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis:
 Ite & uos in uineam meam & quod iustũ fuerit,
 dabo uobis. illi autem abierunt. Iterũ autẽ exiit
 circa sextã & nonã horã, & fecit similiter. Circa
 undecimã uero exiit, & inuenit alios stantes, &
 dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt
 ei: Quia nemo nos cõduxit. Dixit illis: Ite & uos
 in uineam meã. Cum sero autem factũ esset, dicit
 dominus uineæ procuratori suo: Voca operari

r ij

os, et redde illis mercedē, incipiens à nouissimis usq; ad primos. Cum uenissent ergo q; circa undecimam horam uenerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autē & primi, arbitrati sunt q; plus essent accepturi, acceperūt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamilias, dicētes: Hi nouissimi una hora fecerūt, & pares illos nobis fecisti, q; portauimus pondus diei & æstus. At ille respondens uni eorum, dixit: Amice, nō facio tibi iniuriam, Nonne ex denario cōuenisti mecum? tolle quod tuum est & uade. Volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi em̄ sunt uocati, pauci uero electi.

*Infra. 22.
z 26.*

*Ecci. 31.
Supra. 19
Mar. 10.
Luce. 13.*

HOMILIA PRIMA.

IN hoc euangelio Christus postrema cōclusionē declarat, quomodo & primi nouissimi, & nouissimi sūt ant primi. Quæ sane parabola quīs aperte ad prælata ecclesiæ pertinet: nos tamen in ea explicanda cōmunem sequamur doctorum expositionem. Simile, inquit dominus, est regnum cælorum &c. Hoc quia sæpe in scripturis est reperire, uisum est semel hoc loco referre, quid ista sibi uelit locutio. Et quīs uarie in scripturis usurpet regnum cælorum, ut interdum pro ecclesia triumphante, quomodo apud Matthæum Christus ait, Beatipaueres spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: alibi quoq; iam Christus ipse, iam euangelium eius regnū uocat cælorum, sicut apud Matthæum, Omnis scriba doctus in regno cælorum, hoc est, in euangelio: hic tamen & in

*Regnum
cælorum.*

Matth. 6.

*Matth. 12
Matth. 13*

conſimilibus allegorijs per regnum cælorū præſens deſignatur eccleſia, hic in terris congregata. aliàs em̄ in ea non boni ſimul eſſent & mali piſces, prudētes uirgines & fatuæ. Cumq; dicit dominus: Qui ſoluerit unum de man-

Matth. 23

daris iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cælorum, non ſane erit in cælo qui male facit & peccat, aut minus recte docet, ſed hic, in terris, in hac eccleſia militāte, in qua bonos inuenire licet & malos doctores, æquos & iniquos. ibi nimirum minim⁹ uocabitur, quamuis nunc (quæ & quā peruerſa eſt mundi iniquitas) maximi quicq; iudicantur & doctiſſimi, qui peſſime docent ac prædicant, cuiuſmodi ſunt neochriſtiano rum prædicatores & ſeducatores. Ratio autē cur eccleſia hæc, in miſerrima uita, multis iactata fluctibus, regnū tamen dicatur cælorum, reddi poteſt huiuſmodi, qm̄ Chriſtus in ea per fidē regnat. Idq; adeo eſſe uerum, teſtatur

Colo. 3

Paulus, de deo patre ſic loquens: Qui nos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filiꝝ dilectiōis ſuæ, in quo habemus redempcionem & remiſſionē peccatorum, hoc eſt q̄ ex gētilitatis caligine tenebriſoſa nos tranſtulit in eccleſiam catholicam, quam hic regnum ſuū appellat. Sic & ad Corinthios dicit: Cū tradiderit regnū

1. Cori. 15

deo & patri. Regnum inquā, in quo nunc regnat per fidē, traditurus eſt deo patri in die nouiſſimo, ut qui ei⁹ regni fuerāt, eos remuneret in æterna beatitudine, ſicut Auguſtinus pulcherrime exponit. Omnes hꝝ loci eo tantum faciunt, ut certum ſit, eccleſiam regnum appellari. Regnū autem cælorum dicitur ratione originis, conuerſationis & finis. Et ratione quidem originis, q̄ hanc habet eccleſia de cælo, teſtante idipſum Iohanne cum ait: Ecce ego Iohannes uidi ciuitatē ſancā Ieruſalē nouam, deſcendentem de cælo, à deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. & audiui uocem de throno dicentē mihi: Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Etiam ob conuerſationē. quia omnes qui in eccleſia uiuere, ſic ut deo placeant, uolunt, uitam oportet uiuant diuinam & angelicam, ſicut & Paulus dicit: Noſtra cōuerſatio in cælis eſt. Similiter & ratione finis, ſiquidem hæc militans in terris eccleſia ad illam tendit triumphantē, quoniam & iuxta Paulū, nul-

Philip. 3
Heb. 12

iam habem⁹ hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirim⁹,

2. ¶ Vbi iam regnum cælorum, Christus confert homini cuidam patrifamilias, certum est illum, qui uniuersam regit & administrat ecclesiam, Christum Iesum esse, qui domum sane habet amplissimam. cælum em̄ & terrā, inquit, ego adimplebo. Vinea illius, ait sanctus Gregorius in homilia habita ad tres fontes, uniuersa est ecclesia, quæ ab Abel iusto usq; ad ultimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Hic ille paterfamilias primo statim mane exiit uocare operarios in uineam suam, qui exitus non intelligitur secundum humanitatem. id em̄ ultima demum ætate contigit, cum filius dei homo factus est. nanc; suo seculo Iohannes dixit: Scimus q; nouissima hora est. atq; ideo egressus ille ad uocationē, qui per opera fact⁹ est, uenit accipiendus iuxta regulam Augustini: quando passionēs deo attribuuntur, intelligendæ sunt in operibus illi⁹ tantum, ut cum dicim⁹ gaudere deum, significamus eum facere opus quod gaudium & læritiā declarat. Rursus est am, Pœnitet deum facti & creati hominis, tantundem est ac si dicas operari eum quiddam, quod pœnitentiam designat. Et deus irascitur, hoc est, in operatione sua se uelut iratum exhibet. Sic hoc quoq; loco exitus ille, intelligendus est in opere, nō substantia diuina. Quis hoc etiā obseruandū uenit, quod in hac parabola uniuersa mundi huius duratio unius tantum dieculæ nomine significat.
- Origenes** Tempus utiq; longum ab ipso mundi exordio & magnū, quo ad nos, inquit Origenes: modicum autem, quantum ad dei uitam. Et q; egressiones tot hic commemorantur, argumentum euidentis est diuinæ misericordiæ, quæ paterne adeo prospicit nostræ necessitati, & id quidem assiduo. Nanc; ab initio mundi usq; ad finem non desinit de⁹ prædicatores mittere ad eruditionem hominū. Quæ quidem inuicta ratio est aduersus neochristianos, qui ecclesiam sanctam tam diuturni insimulant erroris, donec iam Lutherus cū fece hominum insanorum in lucē prodierit. Non sic utiq;, non sic, paterfamilias em̄ noster deus æternus tam semper fuit humano generi propicius, misericors, donorumq; adeo liberalissimus largitor, ut non dimiserit homines, quin eis operarios mitteret in uineam

Jerem. 23.

1. Johan. 2.

**Regula
sancti Augustini.**

Sene. 6.

suam, ecclesiā illā catholicā. atq; ideo nemo pius animū inducat, ut credere uelit deum optimum maximum & eūdem munificentissimū, permisisse ecclesiam suā labi & errare in sanctissimo illo missæ sacrificio, circa missas & uigilias pro demortuis, circa indulgentias, confessionē &c. Aut si operarij quoq; in uineam domini missi dijudicandi forent, nonne potius credendum fuerit esse eos, sanctū Augustinum, sanctum Cyprianum, sanctum Chrysostomum, sanctum Hieronymū, sanctum Ambrosium, sanctū Leonem papam, sanctum Gregoriū papam, sanctū Basilium, sanctum Hilarium, sanctum Bernardū, q̄ Lutherū, Carolstadium, Bucerum, Zuinglium, & id genus alios apostatas, uotifragos & seductores, sibi q̄q; in proprijs dogmatibus nō constantes? Firmiter itaq; quisq; uere fidelis haberi cupis, crede nunq̄ cōmittere deū, ut ueris careamus prædicatoribus, sicut & hacten⁹ nunq̄ illis caruimus. Nos mō curem⁹, ut eos audiam⁹ & doctrinā eorū dē suscipiam⁹.

3. ¶ Quia parabola ista egressum esse refert patrē familiās ad constituendos operarios hora prima, primum omnium scire hic op̄æ precium est, horas illas nō eo mō esse supputandas & more quē cōmuniter per Germaniā obseruamus, sed qm̄ ut in alijs iuxta prouerbiū, Lex & regio, ita in horarū q̄q; diuisione suus cuiq; regiōi mos fuit. Est enim ubi exordiū horarū sumi uideas à principio noctis, ut cum iam obscura nox est, hora signet prima, hoc mō procedendo per uiginti quatuor horas usq; in diē sequentē, qui mos in Italia obseruat. Astrologi uero suas horas ordiunt à meridie. Nos iam & ferè undiq; per ecclesiā numerare horas incipimus à noctis dieiq; medio. Alij supputāt à solis ortu usq; ad occasum eiusdē, sicuti nūc fit Nurembergæ & Ratisponæ, quæ etiā horæ dicūt Iudæorū. itaq; horā hic primā intellige ab ortu solis. Sed age uideamus quō exiuerit dñs conducere operarios hora prima, dein de tertia, mox sexta, rursus nona, & tandē undecima. Verum hæc omnia quia non eodem omnes modo exponūt doctores, & q̄libet tamē expositio ad spiritualē ædificationē animę multū facit, lubet eas breuiter oēs explicare.

¶ Principio Chryso. parabolā hāc asserit, uelut typū esse uocationis oīm hoīm, q̄ unq̄cōducti uocatiq; sunt opari in

2. Tim. 2.

uinea domini, hoc est, animā propriam in lege diuina ad bonorum fructuū operationem exercere. Et quis deus, q̄ est misericordia & in genus humanum benignitate, oēs homines à iuuentute etiā saluos fieri, sicq; ab initio in uineam conduxisse uoluisset, tamē non oēs eodē tempore hoies paruerunt. atq; ita à uoluntate uocatoꝝ hæc differentia resultrauit. Hac em̄ parabola significare Christ⁹ uoluit, quosdam in infantia, alios in pueritia, in iuuentute & uirili rursus ætate alios, alios etiam in extrema demū senectute incipere seruire deo, & pie religiosēq; uiuere,

Galat. 1.

sicut de se quoq; Paulus scripsit: Cum placuit ei qui me se gregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiā suā, ut reuelaret filiū suū in me. Quando igit̄ deo placuit Paulus: cum iam ei nihil resisteret: tantisper aut̄ dum ecclesiā persequeretur, nihil minus quā qd placuerit deo. pro operario uineæ suæ, sed quādo dicebat: Dñe, quid me uis facere: ibi statim eū cōduxit, constituitq; operariū uineæ. Sic & latronē demū uocauit in cruce, quē si antea uocasset, ne

Actū. 9.

quaquā illi paruisset, Quo fit, ut omnino docere hic uelit Christus, quō quidā iuuenes, quidā etiā senes ueniant ad colendū deū: ne sic, qui à iuuentute seruiunt deo, uel sup-

Luc. 23.

biant inflati, uel alios præ se cōmynant: & ne qs desperet etiā in ætate senili cōstitut⁹, modo se cōuertat ad deū. tunc em̄ perfectā salutis recepturus est mercedē. Et hæc sane sententia Chrysostomi est & Theophylacti, in quā Hieronymus q̄q; concedit, dicēs: Mihi uident̄ primæ horæ esse operarij Samuel & Ieremias, & Iohānes baptista, q̄ possunt cū Psalmista dicere: Ex utero matris meæ deus meus

Hierony.
super
Mattheū.

es tu. Tertiæ horæ operarij sunt, qui à pubertate seruire deo cœperunt. Sextæ horæ, qui matura ætate susceperūt iugum Christi. Nonæ, qui declinant ad seniū. Porro undecimæ, qui ultima senectute. & tamen omnes pariter accipiunt præmium, licet diuersus labor sit. Et hic apud se

Psalm. 21.

quisq; cogitet, quomodo dominus Iesus à patre suo egresus sit in hunc mundum, descendens in uterum matris in Berhlehem, uenerit in desertum, in Ierusalem, tandemq; in cruce, undiq; te tantū quærens & conduxurus operariū uineæ, à pueritia statim pulsas fores cordis animiq; tui, pacturus tecū, sicut & dicit in Apocaly. Ecce ego

Apoc. 3.

sto ad ostium, & pulso. si quis audierit uocē meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Quid multa? Aliud ne cogites, si quando deus cogitationem bonam tibi immittit, uel faciendi boni, uel mali uitandi, nisi ipsum iam tum uenire deum, conducturus te operarium uineæ suæ, ut in ea labores & incumbas operibus bonis, conseruans mandata illius, qui diu multumq; solícite laboraueras in carduis & spinis diaboli.

¶ Diuus Gregorius in alium sensum exponit, conductiōnem hanc non ad unum hominem referens secundum diuersas illius ætates, sed ad totius mundi ætates, dicens exiisse patrem illum familiās, deum optimum maximū, hora prima, tertia & sexta &c. hoc est, ab ipso iam inde mundi exordio, ad hominum informationem prædicatores constituisse. Mane enim mundi, fuit ab Adam usq; ad Noë: hora uero tertia, à Noë usq; ad Abraam: sexta q; ab Abraā usq; ad Moysen. nona autem à Moysen usque ad aduentum domini. undecima ab aduentu domini usq; ad finem mundi. In qua prædicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedem plenam etiam tarde uenientes acceperunt. In horis omnibus illis semper misit deus, qui mores hominum doctrina sua sana corripere & informarent, patres, patriarchas, legislatorem Moysen, prophetas & apostolos. Hoc modo prima, tertia, sexta & nona horis, antiquus ille Iudæorum populus uocatus est: hora autem undecima, gentium populus, cui & dixit dominus: Quid hic statis tota die ociosi? profecto enim qui tam longo tempore boni nihil fecerant ad salutem animarum suarum, ociosi adhuc stabant. Verum illi respondent: Quoniam nemo nos conduxit, quasi dicerent: Nemo ad nos, nec patriarcha uenit, nec propheta, qui uerā salutis uiam nos edocuisset. ita ignorantes in idololatria perstitimus. Scribit super hoc Gregorius: Fratres, quid nos à bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus qui penè à matris utero ad fidem uenimus? q; uerba uitæ ab ipsis cunabulis audiuius, qui ab uberibus sanctæ matris ecclesiæ potum sanctæ prædicationis sumpsimus, cum lacte carnis, qui pignus æternæ uitæ accipi-

Gregori.

Gregori.

- mus facta sacramenta. Obsecro uos fratres charissimi, quoniam in die nouissima iudicio nos sistet dominus, dicetque nobis, Quid ita totum diem ociosi stetitis? Quid tunc dicemus? quomodo nos excusabimus? Non poterimus utique dicere cum ethnicis: Quia nemo nos conduxit, omnes enim nos constituti sumus operarii in uinea domini, sub ipsum iam olim baptismum, ubi & diabolo renunciauimus & iurauimus simul atque statuimus adherere Christo. ibi tum conductio nostra primū cōpit, super eā deinceps spūm sanctum nobis contulit Christus, suoque nos sanguine mundauit à labe peccati originalis. De ignorantia nos excusare omnino nō possumus, cum tātum habeamus scripturarum, tot item prædicatores, ut nullum prætexere queamus excusationis fucum, sed in ignauis ingratisque nobis implebit illa sententia Christi: Seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & nō se præparauit, & non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis. Ut ut igitur intellexerimus hunc patrisfamilias exitum, iuxta tempora mundi, siue secundum diuersas cuiuslibet hominis etates, utrinque sane uidebimus nos conductos esse, nos inquam cognitionem dei recepisse, nos habere sacramenta, sanctamque euangelij legem, nobis constare mysteria incarnationis, passionis & mortis domini nostri Iesu Christi, ac proinde si iram effugere uolumus diuinā, laboremus oportet in uinea domini. Qui enim, ut ait sanctus Iacobus, scit bonū facere & nō facit, peccata est illi. Et quod plures maioresque gratiæ diuinæ donatiōes accepisti à dño, unde quod bonum est, magis meliusque intelligas, ut si donum scientiæ tibi contulit deus, uel prudentiam præ cæteris maiorem, & fortunam felicitatemque splendidiorē, eo magis teneris ad operandū bonū. Quoniam sic dixit Baruch, propheta: Animæ quior esto populus dei, ga quæ &c. Si quidem illud ipsum quod reuelare magna dei gratia est, confitente id Dauide: Qui annūciat uerbum suum Iacob, & iudicia sua Israel, Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Ex multis autem præcipue in uinea dñi constituti operarii, prædicatores sunt & animarum curatores, peculiare quædam serui in hoc à deo conducti, ut operentur in uinea, non priuatim querant tum cōmodum, tum honorem, homines
- Psal. 118.**
- Luce. 12.**
- Jacob. 4.**
- Baruc. 4.**
- Psal. 147.**

falsis seducāt doctrinis. ipsiq; interim in uinea nihil labo-
 rantes, alios quoq; ab operando dehortant & deterrent.
 si sunt qui necessarium non esse docent, festos dies pie &
 sancte transigere, orare, ieiuuare, cōfiteri, sacramenta sus-
 cipere &c. si inquam isti sunt, de qbus dicit Ieremias: Pa-
 stores multi demoliti sunt uinea meā. isti nimirum pseudo
 prophetæ & prædicatores puerfi, de qbus hinc inde Pau-
 lus & ad Corinthios præcipue, Pseudoapostoli, inquit,
 operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi,
 cū intrinsicus sint lupi rapaces. Væ uæ nō istis tm prædi-
 catoribus, sed oibus etiā eorū sequacibus, q in fide Christi
 iam inde à lacte materno educati, eandem confessi sunt,
 & docuerunt alios: iam uero paruo exorto uentulo ten-
 tationis, resiliunt et decidunt. Audite quid Petrus prin-
 ceptus apostolorum dicat: Melius erat illis non cognoscere
 uiam iustitiæ, quā post agnitionem retrorsum conuer-
 ti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Cauete
 uobis & prospicite in Christo dilectissimi, neq; istos audi-
 te seductores, qui tm persuadere uobis conant, ut in foro
 semp steris ociosi, dehortātes uos ab omni bono. Quin eos
 potius seqmini: qui uos uoce hac euangelica Christi able-
 gant & mittūt in uinea dñicam, ut ibidē operemini, nō uī-
 uatis secundum cōcupiscentiam uestram malā: sed labo-
 retis in ieiunio, oratiōibus, uisitandis templis, cōfessione
 & pœnitentia, cæterisq; operibus bonis, iuxta obseruatio-
 nē & morē Christianos, ut ipsi q; denariū diurni tan-
 dem laboris suscipiatis à domino deo, qui est in secula be-
 nedictus, Amen.

Jere. 23

1. Corin. 12

Matth. 7

2. Petri. 2

HOMILIA .II. EIVSDEM

dominicæ Septuagesimæ.

Patet in hoc euāgelio, patrē illū familiās, deum esse
 omnipotentē: uinea uero, ecclesiā catholicā: opari-
 os, p̄dicatores, magistratusq; & sp̄uales & seculares
 atq; in summa, Christianos oēs. si laborare tenent diem
 in quē cōducti sunt, hoc ē, omni tpe uitæ suæ opibus bonis
 studere, dū licet. nāq; cū aduersperascet, actū erit. neq; em̄
 nocte in hac uinea laborari solet. Atq; hinc quidem colli-
 gere licet, q̄ omnia merita nōstra nobis sint in hac præ-

- fenti uita comparanda, nec aliquod eorum in futurum tempus differre, dum quod alicubi impie & hæerice docuit Lutherus, nunc quoque non paulo factus deterior, purgatorium penitus negat. Verum tantū hic in hac uita fieri posse, ut aliquid mereamur, constat ex apertissimo textu euangelij, ubi apud Iohannē dominus sic ait: Operamini dū tempus est. ueniet nox, quando nemo potest operari. Ergo operari tantū possumus in die, hoc est, uita presenti. Et hunc esse intellectū uerum, sequentia etiam uerba manifeste satis arguunt. Quā diu sum in mundo, lux sum mundi. ostenditur enim hoc modo quid antea per diem significatum fuerit, præsens nimirum hæc uita. Ita hoc etiam Chrysostr. exponit, cū ait: Me oportet operari donec dies est, hoc ē, dū licet hoībus in me credere, dum hæc durat uita, laborādum est. Venit nox, hoc est, futurum tempus, quando nemo poterit operari. Nō dixit, quando non potero operari, sed nemo potest operari, id est, quando non est amplius fides, neq; labor, neq; pœnitentia. Id adeo hic etiam liquet in euangelio, cum facto iam uespere uocantur operari, dataq; illis mercede, finis imponitur labori. Vnde & Dauid dixit: Exhibet homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Ecce interdum tantum in hac præsentia uita operari & mereri licet, post mortem nullus meritis locus. Vos itaq; charissimi, in uineam cum sitis uocati dominicam, hic in uita operamini, dum dies est, nihil cum impio Luthero, in seu post mortem differre. tunc etenim nemo laborare poterit, iuxta testimonium domini, ipsamq; adeo exhortationem Pauli, dicentis: Dum tempus est, operemur bonum ad omnes, hunc ira fideliter uos admonentē sequimini, & istud prudentissimum Sapientis consilium: Quodcunq; manus tua potest constanter operare. profectō enim effectu ipso uerum comperietis esse illud Pauli: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- Johan. 9.** ramini dū tempus est. ueniet nox, quando nemo potest operari. Ergo operari tantū possumus in die, hoc est, uita presenti. Et hunc esse intellectū uerum, sequentia etiam uerba manifeste satis arguunt. Quā diu sum in mundo, lux sum mundi. ostenditur enim hoc modo quid antea per diem significatum fuerit, præsens nimirum hæc uita. Ita hoc etiam Chrysostr. exponit, cū ait: Me oportet operari donec dies est, hoc ē, dū licet hoībus in me credere, dum hæc durat uita, laborādum est. Venit nox, hoc est, futurum tempus, quando nemo poterit operari. Nō dixit, quando non potero operari, sed nemo potest operari, id est, quando non est amplius fides, neq; labor, neq; pœnitentia. Id adeo hic etiam liquet in euangelio, cum facto iam uespere uocantur operari, dataq; illis mercede, finis imponitur labori. Vnde & Dauid dixit: Exhibet homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Ecce interdum tantum in hac præsentia uita operari & mereri licet, post mortem nullus meritis locus. Vos itaq; charissimi, in uineam cum sitis uocati dominicam, hic in uita operamini, dum dies est, nihil cum impio Luthero, in seu post mortem differre. tunc etenim nemo laborare poterit, iuxta testimonium domini, ipsamq; adeo exhortationem Pauli, dicentis: Dum tempus est, operemur bonum ad omnes, hunc ira fideliter uos admonentē sequimini, & istud prudentissimum Sapientis consilium: Quodcunq; manus tua potest constanter operare. profectō enim effectu ipso uerum comperietis esse illud Pauli: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- Chrysostr.** tet operari donec dies est, hoc ē, dū licet hoībus in me credere, dum hæc durat uita, laborādum est. Venit nox, hoc est, futurum tempus, quando nemo poterit operari. Nō dixit, quando non potero operari, sed nemo potest operari, id est, quando non est amplius fides, neq; labor, neq; pœnitentia. Id adeo hic etiam liquet in euangelio, cum facto iam uespere uocantur operari, dataq; illis mercede, finis imponitur labori. Vnde & Dauid dixit: Exhibet homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Ecce interdum tantum in hac præsentia uita operari & mereri licet, post mortem nullus meritis locus. Vos itaq; charissimi, in uineam cum sitis uocati dominicam, hic in uita operamini, dum dies est, nihil cum impio Luthero, in seu post mortem differre. tunc etenim nemo laborare poterit, iuxta testimonium domini, ipsamq; adeo exhortationem Pauli, dicentis: Dum tempus est, operemur bonum ad omnes, hunc ira fideliter uos admonentē sequimini, & istud prudentissimum Sapientis consilium: Quodcunq; manus tua potest constanter operare. profectō enim effectu ipso uerum comperietis esse illud Pauli: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- Math. 20** homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Ecce interdum tantum in hac præsentia uita operari & mereri licet, post mortem nullus meritis locus. Vos itaq; charissimi, in uineam cum sitis uocati dominicam, hic in uita operamini, dum dies est, nihil cum impio Luthero, in seu post mortem differre. tunc etenim nemo laborare poterit, iuxta testimonium domini, ipsamq; adeo exhortationem Pauli, dicentis: Dum tempus est, operemur bonum ad omnes, hunc ira fideliter uos admonentē sequimini, & istud prudentissimum Sapientis consilium: Quodcunq; manus tua potest constanter operare. profectō enim effectu ipso uerum comperietis esse illud Pauli: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- Psalm. 103** homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Ecce interdum tantum in hac præsentia uita operari & mereri licet, post mortem nullus meritis locus. Vos itaq; charissimi, in uineam cum sitis uocati dominicam, hic in uita operamini, dum dies est, nihil cum impio Luthero, in seu post mortem differre. tunc etenim nemo laborare poterit, iuxta testimonium domini, ipsamq; adeo exhortationem Pauli, dicentis: Dum tempus est, operemur bonum ad omnes, hunc ira fideliter uos admonentē sequimini, & istud prudentissimum Sapientis consilium: Quodcunq; manus tua potest constanter operare. profectō enim effectu ipso uerum comperietis esse illud Pauli: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- Sala. 6.** sequimini, & istud prudentissimum Sapientis consilium: Quodcunq; manus tua potest constanter operare. profectō enim effectu ipso uerum comperietis esse illud Pauli: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- Ecci. 9.** profectō enim effectu ipso uerum comperietis esse illud Pauli: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- Sala. 6.** li: Quod quisque seminauerit, idem & metet. Tempus sementis, inquit sanctus Hieronymus, tempus est præsens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- Hierony.** sens & uita quam currimus. In hac licet nobis, quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc idem ex Pauli uerbis intelligitur, cum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,
- 2. Corin. 5** Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,

ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Vides iam recepturum unumquemque secundum quod operatus est in uita presentis, non post mortem, ut turpiter & uane somniat Lutherus. Sed & Diuus Augustinus hoc idem confirmat, dicens: Nemo se speret, quod hic neglexit, cum obierit, apud deum promereri. nam hic omne meritum comparat, quo possit post hanc uitam releuari quod spiam uel grauari. Quo fit ut admonendi hic mihi sitis, quatenus caueatis uobis ab isto pestilentissimo dogmate, quo diabolus decepturus uos inani futuro spe lactat, persuadere conans, ut opera bona nunc intermitteratis, confidentes multum apud deum uos in futura uita merituos. Nihil minus profecto, nihil minus. nequaquam differte. nocebit ista uobis mora. nihil ageris. Patitur quidem in purgatorio animae, sed nihil merent, omnesque eas passio, quaedam solummodo satisfactio est pro peccatis, quae quis contrito corde fuerant confessi, plena tamen satisfactione non deleuerant. Quid itaque multa? hic operandum est in uinea domini, non post hanc uitam.

2. Nunc porro ex sanctis patribus inquamus, quanam ista merces & quae sit denarius diurnus, quem ille promisit operariis. & huc inuenio uitam esse aeternam iuxta Gregorium & aliorum expositionem, quomodo facile est intelligere, quod factum sit per operariis, quod & prima hora diei & postrema uenerant, aequalem mercedem receperint, hoc est, eandem beatitudinem, est enim eadem beatitudo obiectiua omnino beatorum, deus ipse benedictus, licet inaequaliter illa participet, dis. l. 4. siquidem uera illa beatitudo qua angeli & sancti omnes beati existunt, ipsa est essentia diuina, quae sane immensa est, tum angelorum tum animarum nobilissimaeque dignitas, quod beati nisi in essentia diuina non possunt. quod propter & Dauid dixit: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Denarius igitur pro quo laboramus, deus ipse est, beatitudo essentialis, quae tamen pro suo quodque merito magis minusque gaudebit. Videre & considerare hic mihi in Christo dilectissimi, quae & quae splendida nobis proposita sit laborum nostrorum merces, in hac uinea dominica: O denarium diurnum uere maximum, maximaeque ualoris, o tamen nos torpentes & ignauos, quod parum commouemur, nihilque fere incitamus

Augustin.

Gregori.

Psalm. 136.

Gene. 15. illa mercedis magnitudine, quā & dilecto amico suo Ab-
raā olim reuelauit dominus, dicens: Ego protector tuus
sum & merces tua magna nimis. O domine Iesu Christe,
mercedem hanc tantam, te ipsum scilicet, nobis quoq; cō-
municare digneris.

¶ Si autem quæras cur beatitudo denarius appelletur,
respōdeo id & merito hic à Christo fieri: & quidem non
absq; causa exprimit numismatis genus, nō in communi,
sed specialiter denarium. Denarius enim à decem deducit
tur, & quoddā salutis nomē eē denariū olim dixit Orige-
nes. denario autem illo, decem præceptorum seruatorū
merces designatur. Denarius impressam sibi habet Cæsa-
ris imaginem, sicut apud Matthæum legis, quando dena-
rium exhibebant Christo Iudæi, illeq; rogaret, cuius ista
esset inscriptio: ipsiq; respōderent, Cæsaris. Neq; aliud qd
quam significat, quā perfectam dei in sanctis suis imagi-
nem, quando Christus, uera utiq; dei patris sui imago, cō-
signaturus est beatos pprio suo sigillo, quo remuneran-
tur illi in perpetuum, quod & Iohannes agnouit, di-
cēs: Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.

Origenes
Matth. 22 (ecce imaginem) uidebimus enim eum ita ut est. de qua
similitudine & Paulus loquitur? Quos præsciuit & præ-
destinavit cōformes fieri imaginis filij sui. Sed & hic in
terris similitudinem quādam & imaginem habemus dei,
ad quam conditi sumus, sed eam imperfectam, tenebris
& caligine obductam in quibusdam, in aliquot etiam ex
2. Iohan. 2 peccato penitus extinctam atque deletam, sicut ait Da-
uid, Imaginem eorum ad nihilum rediges. Expressa au-
tem imago dei, erit in beatis & electis, qui denarium eter-
næ recipient beatitudinis.

Roma. 8.
Gene. 1.

Deinceps uero sequitur in parabola, Cōuentione
facta cum operarijs ex denario diurno. Vbi noranda sunt
duo: Alterum, æquum & iustum esse, ut deus operarijs su-
is hic in terris denarium præbeat salutis æternæ, ex præ-
scripto benignissimæ maximeq; misericordis & ppitiæ
iustitiæ suæ, quando pmisit atque recepit se nobis uitam
daturum immortalem, si custodierimus præcepta sua.
Vbi licebit cernere, quō ille beatitudinem det nobis & ex
gratia & operib⁹, ex iustitia & misericordia sua quidē, nō

operibus in se, cum iuxta sententiam Pauli, nō sint cōdi-
gnæ passionēs huius temporis ad futuram gloriam quæ
reuelabit in nobis. *Veræ gratia dei ea ē, quæ opera nostra,* *Roma. 8.*
cum per se nihil sint, facit ita accepta deo, ut ea uelit uita
remunerare æterna, illa quæ gratia est ex quæ saluamur. Hinc
falsitas patet Lutheranae hæresis, quæ impio dogmate ope-
ra nostra omnino reiicit, ubi Lutherus tanquæ diaboli apo-
stolus, homines ab operibus bonis auocare conatur, ma-
lisque astringere. nā ista interim sex hominum à malis nō
abstinet, ut sic iuste tandem cōdemnetur. Aut ubi minus
diuini cultus, minus ceremoniarum, minus ieiuniorum oratio-
numque inuenies, quæ si aliq̄ Lutheranorum aut aliorum neochri-
stianorum ciuitatem ingressus fueris? Omnia hæc defece-
runt apud eos, sed lusus, uoracitas, temulentia, perpetua
cōuiuia, blasphemiarum, mendacia, astus, doli & fraudes, usu-
ræ, exactiōes, miserorum & pauperum oppressiones, im-
pudicitia, adulteria, superbia, & id genus mala innumera
in summo precio habentur, nihil horum minuitur. Sed
& Christianus quicumque, qui rōnem mō habet, nec cæcus
omnino est & insanus, quō tandem operibus bonis aduersa-
ri potest & repugnare, uel etiam reiicientē ea audire, cū tamē
si nullus nobis alius esset scripturæ locus, uel unū hoc eu-
angelium posset hæresim hanc refellere ualidissime? Ecce
enim hic pater familiās oparios cōducit in uineā suā, nō ocio-
sos & torpentes, cuiusmodi sunt isti neochristiani, qui ni-
hil laborāt. Mittit in uineā, nō ut ibi stent ociosi, nihilque
agentes. eos enim reprehēdit, ad omnes neochristianos
dicens: Quid hic statis tota die ociosi? Nō possunt autem
isti dicere, quod nemo ipsos conduxerit, quia Papa, Impera-
tor & tot catholici principes, episcopi Germanicæ nati-
onis omnes eos conduxerunt, ut laborarent in uinea, iux-
ta ordinationem & consuetudinem Christianam uiue-
rent, ut iam nullo pacto queant se excusare. Et esse qui-
dem hanc doctrinam falsissimam, deoque & spiritui san-
cto aduersam, quamuis ad probandum (ut diximus) suffi-
ciens hoc esset euangelium, libet tamen plures in eā rem
adferre scripturæ sanctæ locos. Quō pertinet illi quos su- *Ecclesi. 9.*
pra ex Sapiente & Paulo locos citauimus, quoniam ipsi quicquid ad *Gala. 6.*
opera bona sectanda nos exhortant, ad Petrum uenio, qui sic *2. Petri. 1.*

- ait: Fratres, satagite ut per bona opera uestra certam uocationem uestram & electionem faciatis . Audi mihi hic Petrum, qui quantum operibus bonis tribuit, tantum eisdem Lutherus adimit, dū reijcit illa, eosq; qui opera bona faciunt, pharisæos cognominat. Et ea nobis cæcitas est, tam cæca caligo, ut plus cupiamus credere oſtenni heretico, quàm Christo & Petro? Paulus quoq; nos ante tribunal Christi accepturos commemorat, prout gessimus, siue bona, siue mala. Nihil igitur recipient ibi omnes Lutherani, quia nihil operantur . Ad Hebræos etiam idem dicit: Non iniustus est deus, ut obliuiscat operis uestri & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius . Gaudete quotquot estis catholici & Christiani homines, nō uule obliuisci dominus operum bonorum uestrorum, en eius rei sponforem & uadem uobis Paulum. ne itaq; deterrea mini, neq; auocemini ab operib⁹ uestris bonis, ut ut uos rideat oēs neochristiani. opes in quā uestrorū nō obliuiscit de⁹, cū iterim opes bonorū ipsoꝝ neochristianoꝝ nō meminerit, eo q̄ nulla faciūt. Alibi adhuc Paulus, deus, inq̄, unicuiq; reddit secūdu opaeius. Neq; auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Non sunt itaq; opera bona reijcienda aut contemnenda, quia iuxta illa omnis erit à deo remuneratio, operemur modo nos opera bona quāmplurima, & abundanter recipemus à deo mercedem. siquidem gloria & pax omni operanti bonum. Quid quod Iohannes dicit, Opera eorum (scilicet morruorum) sequuntur illos? quæ sane Christianorum omnium & summa & fortissima consolatio est, quoniam tunc cum amici nulli, opes & diuitiæ nullæ, nulli honores, nihilq; etiam maximarum potestatu, morientem iam sequuntur hominem, sola illum comitantur opera, neq; eum destituunt, sed cum ipso usq; ad iustissimum progrediunt iudicem, coram eo hominem, cuius sunt, defensura.
- ¶ Hoc ipso solatio tanto neochristiani isti priuare conantur omnes pios, dum eos ab operibus ad solam fidē reuocare student, contra expressam scripturam, ubi Iacobus dicit: Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat; nunquid poterit si-
- 2. Corin. 5.**
- Hebr. 6.**
- Roman. 2.**
- Apoca. 14.**
- Jacob. 2.**

des saluare eum: Quasi diceret, non. fides enim sine operibus per se iam mortua est. Sed adhuc fortius probari tibi cupis, quoniã fides sine operibus uana est: en tibi Christum dicentem: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in cælis est. Hæc ad longum inducere nunc uisum est, quamuis prolixius omnia & ijs plura referri poterant, ne animũ ab operibus bonis uestrum auertatis, sed in ijs uosmet exerceatis diligẽter, ut & hic gratiã à deo, & illic denariũ diurni operis recipiatis. Matth. 7.

¶ Vt autem finis sermonis nostri superioribus uerbis consentiat, dico ex ijs uerbis, quando paterfamilias conuenisse legitur cum operarijs, notanda duo me proposuisse: alterum, q̄ deus ex promissione illa sua benignissima, operibus hominum uitam debet æternam iuxta misericordiam suã summam: alter uero, quoniã opera nostra meritoria sunt non ex seipsis, aut eorum essentia genuina, neq; ex nobis, sed ex propitia & optima illa uoluntate dei, qui opera nostra & operatus est ipse, & tam misericorditer suscipere dignatur, ut etiam haustum aquæ frigidæ irremuneratum nolit abire. & quamuis ex mera gratia & misericordia misericordia illa nobis tribuatur, tamẽ Paulus quoq; iustitiam uocat, sibi repositam inquit esse coronam iustitiæ, quam ipsi redditurus sit dñs in illũ diẽ iustus iudex. Ecce hic & iustitiæ coronam, & q̄ eãdem dat, iustum iudicem, & in hoc euangelio eũdem qd iustũ fuerit dare se, p̄mittẽtem, quõ Dauid q̄q; dicit, Retribuet mihi secundũ iustitiam meam. Sunt tñ omnia hæc, non de ista rigida iustitia æqualitatis intelligenda, quam deprecatus est & ipse Dauid cum oraret: Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo ois uiuens. Accipienda itaq; ueniunt omnia ista de benigna illa misericordi iustitia, de qua magnus ille misericordie diuinæ admirator Dauid ait: Misericordia & pax osculatae sunt. Vos igitur in dño charissimi, cum à deo constituti sitis atq; uocati operarij uinæ suæ, cum pactus ille sit uobiscum de mercede denarij, quem daturus est uobis pro laboribus & operibus uestris bonis, agite accingimini fortiter, maturate gnauiter, neque hæsiate quic-

Matth. 101. Tim. 4.Matth. 20Psalm. 17.Psalm. 142.Psalm. 84.

quam, ut cum uesper aduenerit, occasuro iam sub mortis uestrae tempus sole, mercedem illam immensam uitae recipiatis aeternae, quam uobis unam mecum largiatur dominus noster Iesus Christus, Amen.

HOMILIA TERTIA IN
Septuagesima

Evangeliū illud hodiernū sollicitē obseruare nos admonet, quomodo in uineam domini omnes nos operarij cōducti simus, proposita nobis pro laboribus nostris diurni denarij mercede. Vbi obijcere quispiam nobis posset: Si in uinea dominica laboro, charitate carens, frustra laboro: quia & Paulus dicit, Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatē autē non habuero, nihil mihi prodest. Cum igitur operarius iste charitatē dei habet, nihil querit de mercede, nec denarium desiderat, nec pactiōe indiget. ultro em̄ et uolūtarie quisquis charitatem habet, facit quod suarum est uiriū sine omni mercede. siquidem & Paulus dixit, charitatem non querere quae sunt. & Bernar. Seruiam^o, inquit, deo in charitate, quae foras mittit timorem, quae laborem alleuiat, praemium nō quaerit, quippe quae non quaerit quae sua sunt, & quae gratuita est, meritum non respicit. Haec inuoluta sane uidentur, & quae tandem nobis elabi dabitur? Proposui^{us} autē illa uobis eo maxime, ut dicatis non mala tantum fugere, sed & bona quae agitis, cum magna cautela timere, quod mirum illud est uulgare:

Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes.

¶ Et hic quidem respondeo primum, quoniam merces multiplex est, posse homines quod bonum est facere propter mercedem illam infinitam deum ipsum, quae utique merces uera est omnibus timentibus eum, merces magna nimis, merces quaedam increata. Ille enim est qui ad Abrahā dixit: Ego, pater tuus sum & merces tua magna nimis. & apud Iohānē, Merces mea mecum est. Quo modo boni omnes operarij dei sunt, laborantes pro denario, qui deus ipse est uita aeterna & salus atque felicitas beatorum, & sic omnis uita nostra, uita est operarij

1. Corin. 13

1. Corin. 13
Bernar.
lib. de di-
lig. deum.

Sene. 15.

Apoca. 2.

orū, & ut Iob inquit, militia quedā. sed & sicut dies merce Job. 7.
narij, dies hominis sunt. atq; sicut ceru⁹ desiderat umbrā, Job. 14.
& mercenarius praestolatur finem operis sui &c.

2. ¶ Potest etiam mercenarius praecipue respicere pre-
mium temporale & retributionem, magis q̄ cum, cui ser-
uit, dominum. Cuiusmodi sane mercenarij qui nō ex cha-
ritate, sed sola mercedis spe ducti laborant, mali sunt &
deo contemptibiles. siquidem praemia diurna talia, quia
cōtra charitatem sunt, ip̄m deū q̄ quidē charitas est, offen-
dunt. in hac charitate quisquis manet, in deo se sciat ma-
nere. ideoq; & Christus mercenarios apud Iohānem uitu
perat, dicens eos uel lupo uel quacunq; tribulatione irru-
ente mox aufugere, quoniam mercenarij tantum erant.
Huiusmodi quoq; sunt omnes isti, qui aliquid boni faciūt
propter temporale quiddam hic in terris, qui sanctos dei
ob res caducas & carnales uenerantur, quae aeterna sunt
nec uidentes, nec meditantes. Audi igitur, de pharisaeis
quid dixerit Christus: Receperunt mercedem suam. Qui
sic mercenarij erant.

3. ¶ Sunt qui bonum faciunt praecipue propter de-
um, qui summum bonum est, & tamen sinistro oculo nō-
nulli attendunt ad remunerationem concurrentem. q̄-
uis enim aliquis deo seruit tantum propter bonitatem
suam, adeo tamen & miris & liberalis est deus, ut ex pro-
missio etiam nolit opus istud bonum irremuneratum.
Ideoq; & diligit aliquis deum amore amicitiae, & tamen
cupit eum intueri, habere, ip̄soq; perfrui amore concu-
piscitiae, dicens cum Paulo: Cupio dissolui & esse cum
Christo. Quod cum petierit Paulus, quilibet etiam pōt
sanctus a deo petere. & qui hoc modo etiā ob mercedem
seruit deo, non praecipue, nec peccat, nec male in hoc fa-
cit. de huiusmodi em̄ mercenario locutus fuerat filius p̄
digus: Quāti mercenarij abundant in domo patris mei
panibus? Ecce n̄ mercenarij cum sint, in domo tñ sunt pa-
tris, & ibi quidem abundant panibus, hoc est, remune-
ratione, delectatione & gaudijs. Hoc idem testatur san-
ctus Ambrosius: Multi, inquiens, sunt, qui in spe aeterno
rum bonorum deo seruiunt, qui abundant panibus fidei,
spei & charitatis. Eodē modo & Dauid ait, Inclinaui cor

1. Iohā. 4.
Iohā. 19.

Matt. 6.

Philip. 1.

Luce. 15.

Ambrosi.

psal. 118.

meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. intellige tamen minus principaliter, consecutive &c. sic quoque in omnibus scripturæ locis intelligendum est, quicquid de mercede & remuneratione ibi habetur, ut cum Sapiens dicit, Seminanti iustitiam merces fidelis. & cum de iustis loquitur, dicit: Apud dominum est merces eorum. Item, Reddet dominus mercedem laborum sanctorum suorum. & alibi, Quoniam merces domini manet in æternum. In hoc etiam Christus apostolos suos gaudere & exultare iussit, quod merces eorum copiosa esset in cælis. & apud Lucam, Omnis mercenarius dignus est mercede sua. Rursus quoque, Qui merit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitã æternam. Similiter & Paulus dicit: Si uolens hoc ago, mercedem habeo. & Iohannes nos omnes admonet, cum ait: Videte uosmetipsos, ne perdaris quæ operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis. Sed & Sapiens inquit: Qui timetis dominum, credite illi, & non euacuabitur merces uestra. Et iterum, Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. Hos ita locos libuit adducere copiosius, ut hinc quilibet uideat quam uarijs multisq; modis certo sibi p̄missa sit per spiritum sanctum in literis sacris merces illa & remuneratio æterna: cognoscat insuper iniustum nõ esse, seruire deo, principaliter quidem propter suam bonitatem, deinceps uero & ob beneficia & retributionem. unde sequitur argumento fortissimo, opera nostra meritoria esse uitæ æternæ, contra neochristianos, qui illa omnino respuunt & rejciunt, contra manifestas & apertissimas scripturas, quæ ideo merita quoque nostra negant. Qui sane error superioribus illis scripturarum locis infringit ualidissime, hoc tamen adiuncto, quoniam qui seruire intenderet deo propter hoc tantum, ut ab eo saluaretur, ut à malis omnibus liberaretur, maioris sic faciens salutem suam & uoluptatem quam deum ipsum, is utiq; & peccaret, & pessime in hoc faceret, mercenarium semet exhibens contemptum & abiectissimum, dum abuteretur deo, quæ summa peruersitas est, uti scilicet fruendis, & frui utendis, ait Augustinus.

Augustin. gustinus.

¶ Porro iam post hæc sequitur in contextu euangeli-
 eo: Cum sero factum esset, dixit dominus uineæ procura-
 tori suo. Hic iam explicandum est, quis sit ille uesper &
 quis iste sit dominicæ uineæ procurator. Prius illud ge-
 minum habet intellectum, siquidem & suus cuiq; homi-
 ni est uesper, mors ipsa, in qua omnes iudicabimur, quã-
 doquidem iuxta Pauli sententiam, constitutum est omni-
 bus hominibus semel mori, post hoc autem iudicium.
 Si ergo ferrur iudicium, sequetur illud etiam merces &
 præmium, quando proprium hoc est iudicij, expẽdere qd
 quisq; meruerit, & an fideliter laborauerit. Deinde etiam
 de totius mundi uespero intelligi idem hoc potest. mudi
 enim cum iam imminebit cõsummatio, omnes homines
 ad iudicium conuocabunt hac uoce, Surgite mortui, ue-
 nite ad iudicium. Qua de re multa à nobis dicta sunt in
 homilia de extremo iudicio. Diuisio hæc ad duplicem istũ
 iam suprã datum intellectum refertur, ita ut si per horas
 uocationis in uineam, accipiamus uariã mundi ætatẽ,
 & hic uesper de mundi consummatione ueniet intelligẽ
 dus: sin uero horæ istæ referantur ad alias aliasq; unius
 hominis ætates, uesper hic q; p morte cuiuslibet homi-
 nis erit accipiendus. Simile plane & de procuratore iudi-
 cium est, quem tamen nonnulli angelos ipsos interpretã-
 tur, q animas aut ipsos etiam quorum custodiã traditi fu-
 erant homines, deo iudicandos offerent, iuxta illud Chri-
 sti uerbum: Mittet angelos suos cũ tuba & uoce magna,
 q congregabunt electos à quatuor uentis, à summis cælo-
 rum usq; ad terminos eorum. Quod ipsum Marcus quoq;
 testatur. Verum qa non angeli mercedem dabunt homi-
 bus, q fieri posset, ut hic per procuratorem qui denarios
 mercenarijs distribuit, designarent: Ideoq; ut proposui-
 mus, procuratorem quoq; duplici sensu, q; sit, intelligen-
 re possumus. uel em horariam conductionem computa-
 mus secundum hominis ætatem, uesperum sic quoq; in-
 telligentes hominis mortẽ, & sic procurator iste sanctus
 Michael erit archãgelus, cui data potestas est à deo, susci-
 pere animas hominũ sub mortis horã, & singulor; pde-
 rare ad iustũ lãcis examẽ merita, ad declarandũ quinã de-
 nario diurno sint digni, Vt neq; male neq; immerito pin-

Matth. 20

Hebr. 9.

Gregori.

Hierony.

Matth. 24.

Mar. 13.

Origenes

Sanctus

Michael.

- Ecclesia.** gatur ille ob oculos uulgi cum balance seu trutina, quando & ecclesia de eodem canit: Archangele Michael, constitui te principem super omnes animas suscipiendas. Idē quoq; animas electorum in iudici Christo & aeterno lumini repræsentat, sicut iterum de eo canit ecclesia: Signifer sanctus Michael repræsentet eos in lucem sanctam. Sunc deinceps q; pcuratorem uineæ Christū ipsum accipiant, q; licet pater familiās est secundū diuinitatē, pcurator tū nō male intelligit secundū humanitatē. & sicut ianua simul est & ianue custos, ita & pater familiās & pcurator.
- Johan. 10.** Dicit ergo pater familiās pcuratori, Voca oparios & red de illis mercedem. Ita & deus pater Christo suo committit, q; hoīes omnes conuocat urus est in diē nouissimū, ut singuli eorū recipiant iuxta merita sua. Omne em iudiciū pater dedit filio. Qui iam secundū traditam sibi puincia iudicabit in ea tū forma, tū natura, in q; iudicat⁹ est ipse.
- Johan. 5.** 3. ¶ Sed nunc tandem ad huius homiliae conclusionē de hac dominica subiungamus pauca, quam communi Christianorum more Septuagesimam dicimus, qua & Halleluia intermittitur siue abijcitur. Vnde autem septuagesimæ appellatio huic data sit diei, memini quosdam eius esse sententiæ, ut dicant, id ideo factum, quod septuaginta sunt dies ab hinc usque ad sabbatum illud, quod quondam in albis dicebatur, quoniam in eo baptizati, albis induebatur. Isti iā 70. dies significarent utique exilium nostrum, quo iam in hoc mundo peregrinamur à domino, sicut Iudæi septuaginta annis fuerunt in Babylonica captiuitate. Ita enim hic recolit ecclesia, quomō pulso ex paradiso Adam in hoc exilium miserrimum, ipsa in eodem adhuc luctetur & laboret tantisper, dum Christi expectet redemptionem. in que in sensum pleriq; illi omnes missæ hodiernæ cantus tendunt. Atq; ideo sicut Iudæi ueniam redeundi septuaginta demum exactis annis impetrarūt, qui eis reditus uix tandem ultimo ex omnibus illis anno contigit: ita nos quoque die sexagesimatertia, quæ uigilia est Paschæ, rursus incipimus cum gaudio exultantes canere Halleluia, adnunciata nobis iam tum CHRISTI gloriosissima resurrectione, neque dum tamen pleno & perfecto gaudio, nisi & albis uestimur à deo in æterna
- Septuagesima.**
- 2 Corin. 5.**
Yere. 25.
Gen. 22.

felicitate, quod proximo post pascha sabbato designatur. Et hoc nimirum est quod tunc Halleluia in omnibus missis usque post pentecosten geminatur. neque hinc abludit quod in matutinis tunc liber Genesis legitur, ubi parentum nostrorum lapsus, uita & mors describuntur. Atque hæc communis sanctorum patrum sententia est, cui licet acquiescere.

¶ Non desunt tamen qui altius rem hanc contemplantur, uolentes dominicam illam septuagesimam dici, non ob captiuitatem Babylonicam, neque propter septuaginta dies usque post pascha numeratos, sed secundum hebdomadas, quod hæc iam ex ordine sequentes maximis sint in officio suo mysterijs insignes, significantes adeo septem ætates mundi, primam ab Adam, secundam a Noë, tertiam ex Abraam, quartam a Dauide, quintam a Babylonica captiuitate, sextam & ultimam ex Christo usque ad mundi con summationem, septimam uero regem illam in quam quæ die sanctæ commigrant animæ. Recte igitur hodie in persona hois sanctæ in clamat mater ecclesia, hominis inquæ, qui iam expulsus erat ex felicitate paradisi & a facie domini reiectus: Circundederunt me gemitus mortis, dolores inferni circundederunt me. Et rursus ultima huius ordinis & numeri dominica, quæ quadragesimæ media est, in qua & designatur mystice, quomodo læti ex hac tum peregrinatione, tum ualle miseriæ & lachrymarum ad uitam reuertamur æternam, tunc nimirum gaudijs plena, illud propheticum audit & canit ecclesia: Lætare Ierusalem, & festum facite omnes qui diligitis eam.

¶ Ratio autem istarum septimanarum, cur tadem ab hac dominica incipiant, reddi potest huiusmodi: quia sanctus Gregorius & diligens & fidelis in officijs diuinis digerendis, ex illo, quem a spiritu sancto habebat, sensu, intellexit uenerandam CHRISTI passionem ab omnibus sanctis exigere testimonium, quotquot etiam fuissent ab origine mundi. Cum itaque uideret ille tam ab anni initio sacra officia Incarnationi, Circumcisioni & Epiphaniæ esse deputata dominicæ, tum sacris regibus, tum ijs qui Hierosolymis erant doctis Iudæis, & omnibus denique populis tam doctrina sua quam miraculis, & post hæc con-

memoratio sequi deberet passionis & mortis domini, facto regressu ad ipsum mundi exordium per omnes aetates, singulas sanctorum uoces singulis accommodauit diebus dominicis, eo quod sanctorum omnium à condito usque ad eundem consummatum mundum & salus & expectatio una fuerit, passio simul ac mors amarissima Christi. Et hæc iam causa subest, quamobrem dominicæ illæ septem in hunc uenerunt ordinem, ab hinc usque ad dominicam passionis, quæ dies à die sancto paschæ decimusquartus est. Ex ijs hodierna hæc prima est, qua primæ ætatis sancti, Adam, Abel, Seth & Enoch inducuntur.

¶ His itaque præmissis, quis uel cæcus non uideat illam quæ ultro ex ijs sequitur causam, cur Haleluia quod gaudij & lætitiæ canticum est, in hac dominica intermittitur, cum enim illi septuaginta dies uitam uniuersam hanc nostram, quæ per captiuitatem Babylonicam septuaginta annorum significatur, designent, recte nunc desinimus illud gloriosum Haleluia canere. Hoc iam olim in spiritu præuidit Dauid, inquit: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordamur tui Sion. & infra, Interrogauerunt nos qui captiuos nos duxerunt, uerba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantare nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Sed nunc de illo quoque cantico Haleluia, pauca subdamus, quia & uox in ecclesia plane usitatissima & Hebræa est, ut etiam testatur Origenes,

Psalm. 136

Origenes

Psalm. 148

quasdam uoculas non temere affirmans permanisse in usu ecclesiastico nihilo immutatas, puta Sabbaoth, Osanna, quæ & in aliam linguam uerse, gratiam simul cum natiuo uigore amissuræ uidebantur. Sunt autem hic uocabula seu uerba duo, Halelu laudate, & ia deum. est enim hoc unum ex septuaginta nominibus dei. tantumdemque est omnino, Haleluia, ac si dicas, laudare deum. Dices autem: Qui sit, quod iam à laude dei cessat ecclesia, cum & laudare maxime & gratias agere deberet eo tempore, quod omnes deum laudant & benedicunt creaturæ? Hic ego respondeo, illud Haleluia, nec quauis, nec uulgarem significare dei laudem, sed illam, quæ nos deo patri per Christum unicum filium suum offerimus, siquidem uera dei citha-

ra humanitas est Christi, de qua deus pater ait: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Aut quæ alia gloria dei patris, quàm unicus filius suus Christus Iesus, uera illa utiq; tum laus, tum musica dei? Is enim citharâ nostræ suscepit nature, quam pueri & stulti confregerūt, cum ad eam saltare debebant, uerum ipse illam per resurrectionem suâ deinceps reparauit. Hæc itaq; cithara, hoc illud psalterium, nostrum est Haleluia. & quicquid dominus noster Iesus Christus de cælestibus gaudijs dixit discipulis suis, id omne canticum quoddam fuit noui, & laus dei, Haleluia nostrum: id iam intermittitur, non sic ut ab omni laude dei cesseret, sed quando patres sancti citharæ huius non audierunt modulationem suauissimam, teste id quoq; Christo: Multi reges & prophetæ cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Quando igitur in ecclesia iam recolimus antiquæ illius ecclesiæ antequam redimeretur lapsum, ad animum reuocamus miserandam hanc nostrâ peregrinationem in terris: merito os nostrum aliquandiu cessat ab illo cantico. siquidem ad illos nondum uenerat à nobis uero iam ablatum est, sicut ipse ad discipulos Iohannis dixit: Venient dies, cum auferetur ab eis spūs, & tunc ieiunabunt. Hæc nimirum subest causa, quam obrem Haleluia ab hinc usq; ad dominicam Lætare intermittitur. & quia deinceps usq; ad resurrectionis diem ecclesia passionem Christi contemplatur, cithara hæc male quidem tractata, & chordæ eius fortiter sunt extensæ in ara crucis, ubi septem illa uerba salutaria resonauit, ueræ contusa interim est & attrita flagellis, uirgis, spinis, alapis, clauis, lancea, usq; in diem Paschæ, quo redintegrata est & reparata, ideoq; etiam in uigilia Paschæ Haleluia canitur, non ratione eius diei, sed insequentis noctis, sicut & totum illud canticum, Exultet iam angelica, restat, & præfatio noctem exprimens, declarat. Ad hunc modum Haleluia deponit ecclesia, recolat infelicem parentum nostrorum lapsum, per quem omnes nos homines in tot miseras, calamitates, ærumnas, labores, angustias & dolores peruenimus, in peccata, ignorantiam, concupiscentias, infirmitates, ipsamq; adeo ineuitabilem mortis inci-

psalm. 56.

Luce. 7.

Matth. 13.

Luce. 10.

Matth. 9.

dimus necessitatem. quæ mala tanta cum unum istud se-
cuta sint peccatum, quid futurum de tot millibus pecca-
torum? Id adeo tu quoque tecum recogita, quantum rece-
feris à deo, quantum à uitæ æternæ uia deuiaris, & cū Abel
clama ad deum illud quod in officio missæ hodie legitur:
Psalm. 17. Circudederunt me gemitus mortis, & in tribulatione
mea inuocauì dominum, & exaudiet uocem meam de tē-
plo sancto suo. Id adeo tu facere dignare dñe Iesu Chri-
ste, & omnibus miserere, Amen.

HOMILIA IIII. EIVSDEM

Dominicæ in Septuagesima.

E Vangelium hodiernum quamuis primo uideatur
aspectu facile & apertum, si tamen secundum oēs
suas contempleris circumstantias, occurrent mul-
ta pulcherrima & difficilima. inuenies enim sic & uide-
bis, quo modo æterna dei sapientia intellectum nostrum
ligauit captiuum. facile est, quod in uineam suam Christus
operarios conduxit, ubi omnes nos ab eo constituti su-
mus mercenarij: adeoque iurati in sacramento baptismi,
recepto in hoc denario, & gratia spiritus sancti nobis cō-
municata, quo modo omni tempore exit Christus con-
ducens operarios in uineam. Neque uero aliquis hic est in
Christo defectus. nos modo curemus, ne nobis quid desit
in labore. facile est uidere quomodo conuenerit ille nobis-
cum, & uitam promiserit æternam, diurni laboris merce-
dem. Neque etiam difficile est, quod quī ultimi uenerunt
apostoli, æqualem omnibus acceperint beatitudinem, etiam
prioribus se patriarchis & prophetis. Hæc omnia in
promptu sunt ac obuia, cuius aperta intellectui, atqui il-
lud intellectum & cogitationem alicuius remorari & ex-
ercere possit, quod, cum omnes æqualem susceperint bea-
titudinem, quotquot in uinea domini laborarunt, qui eo-
rum uenerant primi, murmurarunt aduersus postremos.
& tamen constat neque odium, neque inuidiam, nec mur-
murationem aliquam esse inter beatos: certum est quoque,
singulos eorum de salute etiam gaudere proximi. siqui-

dem iuxta dictum Sapientis, Vir prudens & disciplinatus non murmurabit, multo minus beatus. Verum isti de q. *Ecclesi. 10.* bus hic in euangelio, nō murmurāunt tantum, sed gra- uiter ob id à patrefamiliās sunt obiurgati. dixit enim il- le: An oculus tuus nequam est? hoc sane nonnihil difficul- tatis addit euangelio. & secundo adhuc loco quæritur: Cum tāta sit tum rerum tum personarum omnium hic in mundo æqualitas, qui sit quod æqualis omnibus mer- ces datur in æterna beatitudine?

¶ Ad priorem illam quæstionem, sunt qui respondeār, fucum facientes huic murmurationi, dubitationem, eam intelligentes. uerum id textus non patitur, eo quod ob admirationem solam reprehensi non fuissent à domino de oculi nequitia. relinquamus igitur istud quicquid est, siue pretextus, siue diuerticuli, & sanctorum patrum à spi- ritu sancto illuminatorum sententiam tantum propona- mus. Vbi primum statim se mihi Chrysostrmus offert, q. *Chrysostr.* dicit Christum hic parabolam dixisse, & in parabolis nō oportere nimia in singulis uerbis cura perangi: sed cum quid per parabolam intendat didicerimus, inde utilitate *Regula* collecta, nihil ulterius anxio conatu inuestigandum. *super para-* *bolis.* Quæ sane in explicandi intelligendisq; allegorijs regu- la notatu dignissima est, parabolam etiam, à Christo tra- ditam non per omnia & singula uerba nobis conferre, sed in finem tantum, in quem adducuntur. id iam libet exē- plis duobus commonstrare: altero uillici istius, quem do- minus ex iniquitate commendat, cum prudenter fecisset. *Luc. 16.* ubi sententia Origenis & Augustini est, ne quis hinc di- scat inique agere, sicut hic uillicus fecit, ex eo q; parabo- lis non uti debeamus ex omni parte, sed ijs tantum arti- culis, propter quos finaliter illas induxit CHRISTVS, hoc est, ut disceremus inde faciendos nobis esse amicos de mammona iniquitatis. Ecce quomodo parabola ista non in omnibus hæret in hoc uillico imitandis. Alterius pa- rabolæ exemplum in scripturis frequentissimum est de feneratoribus, quorum ille duos habuit debitores, apud *Luc. 7.* *Matth. 25.* Lucam & Matthæum, rursus apud Lucam, ubi dominus *Luc. 19.* seruū suum duriter corripuit de neglecta talenti usura, qd poterat usurario tradere, ut cū lucro ille ab eo recepisset.

- Vbi sane omnes boni nōrunt, usuram ideo admīssam nō esse, quoniam omnibus fœneratoribus dixit deus illud:
- Luce. 6.** Mutuum dare, nihil inde sperantes. quāto minus licet recipere quicquam cum fœnore? Non ergo hinc usuram discemus, sed poti⁹ dona à deo in nos collata bene collocare: non ociari cum illis, sed crebro exercere & uti. dū em̄ augentur dona, rationes etiam crescunt donorum, inq̄
- Gregor. Chryst.** sanctus Gregorius. Super hanc regulam Chrystomus expositionem suam ædificat, dicens: Cur hæc parabola cōposita est? & quid intendens iis verbis usus est? Auidiores enim eos facere uoluit, qui decrepita ætate primum deo seruire incipiunt. nam non patitur eos putare ob id minus se habituros. Eius rei aliud adhuc nobis apud Lucam est exemplum, ubi maius conuiuium instruxit pater filio prodigo ad se reuerso, quàm alteri seniori: qui tamen & apud patrem semper manserat, & mandata eius prætergressus nunquam fuerat.
- Luce. 15.**
- Chryst.** 2. ¶ Porro hic dicit Chryst. Alios introduxit Christ⁹ moleste felicitatē eorū ferētes, nō ut inuidiæ tabo morderi oñderet, sed ut tãto illos honore frui oñderet, q̄ntus ad inuidiã alios cōpellere posset. uult ideo nō hanc esse parabolæ cōclusionē, qm̄ nouissimi primi, & primi nouissimi: sed ipsam parabolā sic induci, quomodo admiratiōe dignum erat illud, quod nemo credidisset, inæquales operarios æqualem esse recepturos mercedem: ita hoc nō minus admirandum, quod nouissimi facti sunt primi & c. san
- Gregori.** ctus Gregori⁹ hic in homilia sua murmuratiōem istam ad patres antiquos refert. ait enim: Illi usq̄ ad aduentum domini, quantumlibet iuste uixerint, ducti ad regnū non sunt, nisi ille descenderet, qui paradisi claustra hominibus interpositiōe suæ mortis aperiret. Eorum ergo hoc ipsum murmurasse est, q̄ & recte pro percipiēdo regno uixerunt, & ducti ad regnū non sunt. quos enim post p̄actam iustitiam inferni loca, quamuis tranquilla, susceperunt, eis profecto & laborasse fuit in uinea & murmurasse. quasi ergo post murmuratiōem denarium accipiunt, qui post longa inferni tempora ad gaudia regni perueniunt. Verum qui post Christi natiuitatem in uinea domini laborant, non murmurant: quoniam statim à mor

te percipiunt, quod illi patres antiqui uix post longā expectationem receperunt.

¶ Tertio, Aliam adhuc inuenio expositionem, eamq; fere literæ propiorem. huiusmodi est autem: Constat ex innumeris sacrae scripturae locis, Iudæos primum uocatos esse in uineam, & postremo gētes. & mane quidē summo inceperunt laborare Iudæi. siquidem tunc & in sola notus erat Iudæa deus: & non erat alius in uniuersa terra populus, qui tam propiciū haberet deum, quā Israel. Quando igitur placuit deo etiam gentes cōuocare in suum cultum, quæ totum diem ociosæ steterant, nihil boni operata, murmurare cœperunt Iudæi, rati gentiles, quod postremum iam ad cognitionem Christi ueniebant, nō debere integram accipere diurni laboris mercedem, hoc est, gratiam & dona spiritus sancti, quibus eos indignos plane reputabant, adeo ut sanctus Petrus quoque eos & immundos & indignissimos, qui gratiam euangelicam suscipere, iudicaret, oblata sibi propterea uisione diuinitus, qua ille linteam uidit animalibus immūdis plenū: quo uiso, uocem audiuit dicentem sibi: Occide & manduca. id cum recusaret, rursus audiuit: Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris. Quod nimirum illud etiā est Cornelio dictum à Petro: Vos scitis, quomodo abominatum sit uiro Iudæo, coniungi aut accedere ad alienigenam. Hæc ista sunt Iudæorum murmura aduersus gentes in principio iam olim nascentis ecclesiæ, usq; adeo, ut canes quoque eos appellārint. quæ sane murmuratio causa magna aut etiam sola fuit, scriptæ à Paulo ad Romanos epistola unde & commoti sunt aduersus Petrum Iudæi, quoniam Cornelium baptizasset, dicentes: Quare introisti ad uiros præputium habentes, & manducaisti cum illis? Defendit autem & purgauit se Petrus, sicut hic procurator rationem reddit eius quod fecerit. Eadem hæc quoque extitit causa, cur murmurarint Græci, eo quod uiduæ suæ cōtemnerentur. Neq; si desit ista Iudæorū similtas. erupit etiam amplius, uolueruntq; gentes, si baptismum appetere, cogere ad circumcisionem & uniuersam legē Moisaicam: idq; tanto feruore, ut apostoli impulsī sint concilium generale uocare, & ibidem concludere, non esse

Psalm. 75.
Deut. 4.

Actuū. 10.

Actuū. 11.

Actuū. 15.

Zach. 4. necessarium illis, legem totam seruare. Quo sensu denari-
 rius hic non tantum illam æternam gloriam, sed hanc
 gratiam quoque significat, per quam ad gloriam uenitur,
 sicut Zacharias dixit: Exæquabit gratiam gratiæ. & sic
 Iudæi probi qui primum gentibus fortiter restiterant, co-
 gnita uoluntate diuina, murmurare desierunt, cuiusmo-
 di fuerunt, quibus Petrus enarrauit quæ sibi cum Corne-
 lio contigerant. tunc enim & tacuerunt, & deum magni-
 ficauerunt, qui etiam gentibus pœnitentiã dedisset ad uitã.

¶ Porro patres & doctores nostri nihil omnino inten-
 tatũ reliquerunt, quod etiam penitus e ruerint, nihil min⁹
 quàm Lutherum expectantes, aut Zuinglium, aut quem-
 libet alium ex neochristianis. Alium quoque hic sensum ad-
 ducunt, quando de Iudæis eorumque murmuratiõne intel-
 ligi hæc debeant. & dicunt: Scripturæ mos est, ut sæpe ali-
 quid generi tribuat propter speciem (uide Augustinum
 libro tertio de doctrina Christiana capite tricesimoquar-
 to) ut cum ait Dauid: Eduxit eos cum argento & auro, e-
 duxit populum suum in exultatione, & electos suos in le-
 titia, & dedit illis regiones gentium, & labores populo-
 rum possederunt. Certum est autem, ex tam immensa ho-
 minum multitudine (plura enim quàm sexcenta erant ho-
 minum millia) duos tantum in terram uenisse promissi-
 onis, Caleb & Iosue, iuxta illud quod dominus dixerat ad
 Moysen. Similiter & in alio loco dicit Dauid: Induxit eos
 in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisi-
 uit dextera eius. Atqui ex omnibus qui Aegyptum ex-
 zerant, duos tantum introduxit. Sed idem claretur huc
 uidere desideras: en tibi in eodem Psalmo Dauidis
 centem: Cum occideret eos, quærebant eum. ubi quis du-
 bitet, alios fuisse quos occiderit, ab istis qui eum quæserunt,
 sed quia unius fuerunt multitudinis & nationis, uelut de
 hisdem sit sermo. Ad eundem plane sensum dicunt hic quoque
 non eosdem fuisse qui denarium receperint, qui mur-
 murarint, sed qui denarium susceperunt, eos & bonos fu-
 isse, & esse saluos iudicãt, eo quod nemo beatus remur-
 murat, inquit Gregorius. istos uero qui murmurãt ad-
 uersus gentiles, nec denarium recepisse, neque bonos fu-
 isse contendunt: de quibus tamen hic Christus loquitur,

**Regula
 Ticonij.
 Psalm. 104.**

**Nume. 2.
 34. 2. 26.**

Psalm. 77.

Sicut de prioribus illis bonis, quoniam & ipsi eius populi fuerunt, qui per Moysen & legem uocatus erat, qui presumptione sibi uana proposita, se plus gentibus habere putauit. Et hunc ego intellectum non euangelico isti tantum contexui, sed & modo loquendi scripturae sacrae conformem esse crediderim atque consentaneum.

¶ Ad quaestionem alteram autem, qua propositum fuit, quomodo salua fieri possit iustitia, ut aequalis merces inaequaliter laborantibus detur, respondent doctores, istam denariorum aequalitatem non significare aequalitatem uitae aeternae beatitudinem, cuius discretas esse & quidem multas mansiones, certos nimirum illius gradus, testimonio Christi certissimum est, adeoque uoce & scripto Pauli: Alia charitas solis est, alia lunae. & sicut stella à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum. Aut nonne sanctior beatiorque sit Maria quamuis alia uirgine? alius igitur sensus hic in aequalitate denariorum inquirendus est.

Johan. 14
1. Cori. 15.

¶ Et principio quidem omnium sanctorum aequalis est beatitudo, quoniam aequae omnes sunt contenti, nullusque eorum plus appetit felicitatis quam habet: sicut & si habeas uasa aliquot inaequalis capacitatis seu magnitudinis, aequae tamen omnia plena, nullum utique eorum plenius est altero, & tamen aliud alio plus capit: ita quilibet beatus gloria plenus est & beatitudine, pro modo suae comprehensibilitatis, sicut in persona cuiusdam beati dixit David, Satiabor cum apparuerit gloria tua.

¶ Secundo, In hoc quoque non aequales sunt sancti dei, quoniam unam omnes obiectiuam habent beatitudinem, essentiam dei. Deus enim ille denarius est, quem iuxta intuebuntur omnes minimi & maximi, siquidem praesenter deum intueri, ipsa uita est aeterna, sicut Christus apud Iohannem ait: Haec est uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum.

Psal. 16.

Johan. 17

¶ Tertio aequales etiam sunt sunt beati ratione duratiouis, quoniam nullius sancti beatitudo minus diuturna est quam alterius, siquidem omnibus aequae infinita est & perpetua, namque minimus ex infantulis innocētibus non minus

Sapi. 5. in perpetuum essentiam uidebit diuinā, quā uel sanctus Stephanus uel Iohannes, quoniam de omnibus uerum est illud Sapientis dictum: Iusti in perpetuum uiuent, & apud deum est merces eorum. Ex his omnibus palam est, quia ratione beatitudines omnium æquales sint & inæquales, nam de accidentali dubium non est quin sit inæqualis. Verum hæc aliās.

Super Jo hannē. 14. ¶ Et ne cuiquam super his aliquod in animo resideat dubium, uerba Augustini consultum hic uisum est adponere, quibus sententia illa fortissime confirmatur. Et si alius alio est iustior, alius uero sanctior, in domo patris mei mansiones multæ sunt, nullus eorum alienabitur ab

Matth. 20. illa domo, ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in uinea, iubet dari omnibus, non in eo discernens, qui minus & qui amplius laborarunt. quo utique denario uita significatur æterna, ubi amplius alio nemo uiuit, quoniam uiuendi non est diuersa in æternitate mensura, sed multæ mansiones diuersas meritorum in una uita æterna significant dignitates. Alia est enim gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria

1. Corin. 15. stellarum. stella enim à stella differunt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. tanquam stellæ, sancti diuersas mansiones, diuersas charitates tanquam in cælo sortiuntur in regno: sed propter unum denarium nullus separatur à regno, atque ita deus erit omnia in omnibus, ut quoniam deus charitas est, per charitatem fiat, ut quod habent singuli, commune sit omnibus. sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero, quod ipse non habet. Non erit itaque aliqua inuidia imparis charitatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Hæc hæcenus Augustinus.

¶ Ad extremum, per se iam patet ultimum illud Christi uerbum, quomodo nouissimi primi, primi que fiant nouissimi. Iudæi enim & primi fuerunt, & omnino populus electus: gentes autem, quæ contemptæ tunc habebantur, uix postremo uenerunt: & tamen factæ sunt sancta, electa & regalis gens, ut inquit Petrus. sed & Paulus, gentes

1. Petri. 2. inquit, quæ non sectabantur iustitiā, apprehenderunt in

Roma. 9. iustitiā: Israel uero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non

puenit. Aut nonne Petrus uocatus est cito? & tñ latro ante eum in cælum peruenit. Aut quot sunt, qui à iuuentute & primis statim annis incipiunt seruire deo, atq; dein de resiliunt subito sicut Saul? Et uicissim plurimi, qui cū sint in cultu diuino amplectendo postremi, uix tandem incipiunt ultima ætate ad deum redire & seipsos, fiuntq; sic primi in timore & obseruatione dei. Sæpe enim multæ & magnæ contingunt rerum humanarum uicissitudines, inquit Chrysostomus. At nos iam inuocemus deū & oremus, ut nos quoque non uocati tantum simus, sed etiam electi ad optremur in uitam æternā. id tu nobis præsta ò domine Iesu Christe, Amen.

Johan. 11

1. Reg. 19

Chrysost.

DOMINICA SE

XAGESIMAE EVANGELI-

um Lucæ VIII.

IN illo tempore: Cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia nō habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortę spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrā bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiēdi, audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audiētes

Matth. 13

Marc. 4.

Matth. 13

Marc. 4.

Isaie. 6.

Actuū. 19.

Johan. 12